dispensationibus praesunt ut sciant sibi ab his quae in usus scorum oblata sunt . cautius
& diligentius obseruandum . Sed & nos quibus ista formae non accedunt . Uideamus
quae ex parte sermo legis aedific& . & ego hodie lic& peccator sim tamen quia dispen
satio mihi uerbi dominici credita est . scandi uideor habere commissa neque nunc pri
mum . Sed saepe iam & olim dispensatione . hac ergo uos utimur . Si quis ergo ex uobis
suscipit a me dominicam pecuniam & ut fieri sol& egressus ecclesiam diuersis ergo oc
cupationibus & cogitationibus saeculi raptus obliuioni quae audierat dedit . Nec
opus aliquod ex uerbo quod susceperat impleuit iste est qui pecuniam de scis suscep
tam non reddidit . unde uel his auditis in memoriam reuoc& quod ex quae dudum
sibi fuerant in uerbo di commissa neglexit . Redd& ergo & hoc quod accepit & ad
d& ad id quintas eo modo quo ante iam diximus . id est ut bis quina sint & unus su
per addatur . Uideamus ergo quomodo quinque isti reddantur . quinque nu
merus frequenter immo paene semper pro quinque sensibus accipitur . scire
ergo debemus hoc modo istos quinque scis posse . restitui ut si forte praesumpsi
mus abuti eis in saecularibus actibus & inpendimus usum eorum in his quae non
secundum dnm gessimus . Restituamus nunc & ipsos quinque scis actibus
relegiosisque ministeriis . & alios eis quinque addamus qui sunt interioris
hominis sensus ; per quos uel mundi corde effecti dnm uidemus . uel
aures habemus ad audienda ea quae docet ihs ; Uel odorem capimus
illud quem dicit apostolus . quia xpi bonus odor sumus uel etiam gustum
sumimus illum de quo dicit propheta ; Gustate & uidete qm suauis est
dns . Uel tactum illum quem dicit iohannis quia oculis nris inspexi
mus & manus nostrae palpauerunt de uerbo uitae ; his autem omnibus
unum super addimus ut ad unum dnm haec cuncta referamus . & haec quidem de re
stituendis his quae qualib& culpa ex scis ablata fuerint dicta sint . Quid uero
dicimus de sacrificio arietis pretio empti & pretio sicli sci qui pro peccati expiatione
iubetur offerri diues futurus est qui pretio arietis possit delicta purgare . quae
sunt istae diuitiae requiramus ; doc& nos sapientissimus salomon dicens
redemptio animae uiri propriae diuitiae eius . audis uerba sapientiae . quomodo
necessarius cum proprietatibus . uim unius cuiusque sermonis enuntiat diuitias

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0414